

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex
Tomorvm Editionem ...

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 ZV 1269

XXXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

strepitus rogati, nubem ab altari proferri, duosque viros eam consequi, eosque sibi & bene precari, & attactu virgæ se perstringere vidisse, indeq; morbum concla matis de pulsum, affirmabant. Aeditus templi D. Iohannis, quo recubat Procopius, vidit in somnis sanctum ceci oculos Crucis norantem, & plausu hominum vigil factus, curatum adspexit. Eundem aditum, somno grauiori profigatum, sanctus Dei signum dare iussit, quo sua familia homines strato euocati psalmodeie insisterent. Parricidæ cuidam non semel S. Procopij aëdem visenti, catena a sperrima, quæ ei impacta carnes eius eradebat, tanta vehementia in templo D. Perri ab eo resilijt, ut strepitu homines ad miraculum contempladum excirent. Fabianus vir sacer, institutum Procopij in eius coenobio moribus exprimens, dum parietem templi c. dictator attollit, vñā cum ponte & aceruo saxonum deorsum ruit, ex ijs erutus, amissa iam voce lectulo reponitur, noctu suspirat, surgit, opus prosequitur, narrat que virum quendam formosum, habitu suo agmen ruentium lapidum excepsisse, eosque sinu suo, ne se affigerent, condidisse.

Cliens cuiusdam asperrimo dæmonio agitatus, omnisque quietis impatiens, in templum coenobio Procopij adiunctum inducitur, ibi cùm in morem volatissimam tensi late manibus, & dirum vociferans, secundū occiput procursaret: die natalis S. Procopij inter sacrificandum, dum tranquillior ad sepulcrum eius, precaretur, turbulentio illo hospite liberatus est. Adolescentis spretis parentum monitis, posthabitaque Misla & templo, die Dominico aliorum ludicer declinavit. Quem dæmon ligatum in piscinam contruxit, vt eum præfocaret. Sed parentes à seruolo inquisitore eius, quo in statu res eius versareur, certiores redditi, confessum aduolantes fluitantem illum morti eripiunt, & sensu excusum S. Procopij ossibus applicant, sanumque beneficio eorum reducent. Adolescentis aliud tetro facinore delibutus, noctem vnam dum compotaret, ita scipsum amisit, vt ad taetum omnem stuperer. Eum sepulcro S. Procopij ad mortum, atq; ex cyatho eiusdem sancti refectum, perfectum amici domum prosecuti sunt. Puellæ cuidam diabolus molestias frequentes crebat, illa eas parentibus tam diu aperiere differebat, quo usq; ab eo in lecto cōpræfensa, eminus à domo evibraretur. Quam mater angulis omnibus domus nō inuentam, tandem didicit penes fontis cuiusdam crepidinem apertis oculis cæcā, suipius ignaram, rigenterque desidere. Ergo festine instar Chananæ ad proximum templum eam adducit, & tridui ieiunio, multisque orationibus, cum ea ex cōsilio sacerdotis eius loci suscepit, cum nihil se proficere notaret, Procopio eam restituendam offert, & restituta est ab eo firmæ & plenæ sanitati, nec in cassum obsecrationibus suis eum fatigavit. Et me toties vocantem te audi Procopi Pater, & hanc quam à te postulo, quamque præstare potes, non alieno sed tuo sacer ah sacro, gratiam mihi benignus impertire.

VITA S. PETRI RAVENNATIS AR-

CHIEPISCOPI, COGNOMINE IVNIORIS, VT HABE-

tur tertio libro historiarum Rauennatum Hieronymi

Rubei viri doctissimi.

TO HANNE secundo Rauennatum Archiepiscopo vita functo, Petrus iunior in eius locum subrogatus est, cuius Archiepiscopatus tempore, Galesius Pontifex Maximus fato concessit, in cuius locum Anastasius secundus subrogatur: qui cum adhuc alterum annum Pontificatum non administrasset, moriens, successorem habuit Symmachum Sardum, in cuius creatione dissensum' est. Pars enim sacerotorum virorum apud Constantinianam basilicam Symmachum decernit Pontificem: Pars ad diuam Mariam in via noua Laurentium creat: vnde sedition ingens, Senatu populoq; Romano duas in partes diuiso, orta est. Quam obrem omnium consensu Cœcilius Rauennæ indicitur: plerique iussu Theoderici scribunt. In eo maxime Petrus Archiepiscopus Rauennæ enituit: & re tandem omni controversia que discussa, Symmachus in Pœnitentiaria confirmatur: qui certè ingenti benignitate vsus, Laurentium competitorē Nucerinum Episcopum fecit. Illi Concilio post Laurentium Mediolanensium Archiepiscopum fecit. Dist. 17. & 96.

paret qui-
busdam a-
gris, eos fa-
nans.
Item aliū
curans ca-
rum.

Catenatū
paricidū
a vinculis
foluit.
Costeruat
ruente in
præcepit
a fæsione.

Cap. 14.
Dæmoni-
acus cura-
tur.

Adolescēs
quidam à
mortis pe-
niculo libe-
ratur.

Item alias

Matth. 15.
Vexata à
dæmonio
liberatur;

SURILLIS

900
M 1000
RVIII
5

IV L I I XXXI.

100
Ei Episco-
pus Rau-
nas subscri-
bit.

Antistitem subscrisit Petrus Archiepiscopus Rauennas. Verum haud multò post seditionis quidam sacrae viri, adiuuantibus Festo & Probino Senatori ordinis, Lau-
rū reuocant, quapropter indignatus Theodoricus, Petrum Altini Episcopū Ro-
manum mitit, qui, pulso vtroq, sedem teneret. Ceterū Symmachus, habito cintu
& viginti Episcopōrū concilio, cui interfuit Petrus Archiepiscopus Rauenas & sub-
scriptis, obiecta constanter diligenterq; diluit, omniumque sententij obtinuit, ut
Laurentius ac Petrus Altini Episcopus, malorum omnium capita, telegrenuit.

Petrus Archiepiscopus Rauennā reuersus, admirabile D. Petro Apollinarī pris-
cipi templū extruere, ad oppidum Classense coepit. Sed leui morbo corrupus, vi-
ta morte cōmutauit haud multò post, pridiē Calend. Sextiles. Vir innocentissi-
mus, moribus cōpositus, corpore gracili actenui, procerā statura, promissa barba, cu-
ius gentiles ex Syria, D. Apollinaris tempore, Rauennā venerunt. Sepultus est in D.
Petri quod incepit: vel vt alij putant, in D. Iacobi ad fontes: qua in sententia est
Andreas Agnellus. Cūm enim ipse, quo loco sepultus esset Petrus Archiepiscopus
ha sitaret, vna cum Gregorio, D. Apollinaris in Classe sacerdote, & D. Seueri adi-
tuo, diuinus incensus, Apollinaria in ædem se recipiens, ad fontem, ubi D. Iacobus
crecta ædricula erat, cūm diligenter inquirerent, vidit ipse, quiq; secum aderant,
plures, sepulcrum ex Proconisso lapide egregium, cuius cūm operculū amouilient,
ex cypresso arca in conspectū se se dedit, cui erat Petri Archiepiscopi imago in-
sculpta, his adscriptis verbis: Dominus Petrus Archiepiscopus. Arca detecta sumis-
simi vnguenti odorem efflauit, cadauerq; sanctissimum visum est, omnibus in-
grum membris, perindè ac sepulturæ traditum tunc primum fuisse.

Hic Petrus diuinos, nouæ legis ab Christo Deo traditæ, libros tabulæ exaratos
aureis, præstantissimis gemmis ornauit, ad quos suam imaginem adiunxit, his ver-
bis in scriptis: Dominus Petrus Antistes ob diem ordinationis sua fandæ Ecclesie
obtulit. Hæc que omnia diu in Ursiano templo persternerunt. Huius Petri tempore
D. Arnulphus, qui è regio sanguine Francorum, Lotharingie Dux, postea vice san-
ctitate miraculisque illustris, Turonensem fuit Episcopus, vt testis est Sigebertus,
Rauennam venit: cūm Petrum Archiepiscopum inuisisset, die quodam Do-
minico festo ipse in æde Ursiana Deum contemplanti post matutinas preces ferit,
animam virti improbi nuper demortui, ad inferos cruciatū locos sempiternos à
demonibus pertractam, cunctisque qui aderant audiuntibus, Arnulphi viri sancti-
ssimi opem implorantem, visam fuisse: pro qua cūm Arnulphus Deum rogasset, ad
corpus rediisse: eumque deinde virum rediuium, ingentem Arnulphi virtutem &
multa merita narrare solitum. Quamobrem cūm maximus Arnulpho honorata
pud omnes conciliaret, Rauenna illum, honores omnes fugientem, occulite abi-
isse, saluato tamen prius Petro Archiepiscopo.

Templum quod ipse incepit, D. Petro dicatum, omnium quæ tunc in Italia
essent, pulcherrimum testantur: fuisseque arbitrantur capitolium illud louis, de
quo (vt supra memorauimus in D. Apollinaris Archiepiscopi vita) Elecadusse
ius discipulus, arque item Archiepiscopus Rauennas meminit, trecentas aras habu-
isse. Hoc autem ab Theodoricō rege impetratum, Deo, ac D. Petro, Petrum hunc
Archiepiscopum dedicasse. In eo pictam Christi imaginē fertur ad eo exacte, dil-
genterque & eius similem, vt cūm in Aegypti solitudinibus vastissimis, vir quidam
sanctus suppliciter ac instanter à Deo petret Christi imaginem sibi offendit, audie-
rit, Rauennam vt pergeret, in D. Petri æde illam visum. Quapropter duobus leo-
nibus comitantibus, Rauennam quām celerrimè cūm venisset, & imaginem fuisse
præ foribus templi conspicatus, eamque genibus innixus toro animi feruore vene-
ratus, ex hoc lachrymabili hospitio, cælestem in patriam euolauit. Leones sepul-
ræ locum, humo pedibus scalpto, effodientes, vna cum populo, qui ad rei miracu-
lum accurrerat, virum sanctum in fossam deponunt, defuper humum congregan-
tes, tumulum ex more composuerunt. Ingenti deinde fremitu rugientes, gestibusq;
præ se ferentes maximum dolorem, tandem interisse fama est: nouaque re timo-
re percusso omnes, fossis hinc atque hinc factis, ibidem leones spelijisse. Huius

Petri Archiepiscopi tempore Geruntium Phiocensem Episcopum,
cui nunc Ceruensi nomen est, ob Christum supplicio affec-
tum scribitur: qui & ipse concilio Symmachi
maximi Pontificis interfuit.

A V G V.

Eius vita
habetur 23
Iulij. To. 4
Imago
Crucifixi
ipsi Christo
persimiliis.

Insignem
taculum: